

*Par. 52*  
*seducent*  
 sæ primogenitus, volueritque substantiam inter filios suos diuidere: nō poterit filium dilectæ facere primogenitum, & præferre filio odiosæ, sed filium odiosæ agnoscat primogenitum, // dabitq; ei de his quæ habuerit cuncta duplicia, ut est enim principium liberorum eius, & huic d. b. t. ur primogenita. Si genuerit homo filium contumacem & proteruum, qui non audierit patris ac matris imperium, & coereitus obedire contempserit: apprehendent eum, & adducent ad seniores civitatis illius et ad portam iudicij, dicentq; ad eos, Filius noster iste proteruus & contumax est, monita nostra audire contemnit, comestationibus vacat, & luxuriz atq; cõuiuijs: lapidibus eum obruet populus civitatis, & morietur, vt auferatis malum de medio vestri, & uniuersus Israel audiens pertimescat. Quando peccauerit homo quod morte plectendū est, & adiudicatus morti appensus fuerit in patibulo: nō permanebit cadaver eius in ligno, sed in eadē die sepelietur: quia *Gala. 3 b* // maledictus a Deo est qui pendet in ligno, & nequaquam cõtaminabis terram tuam, quam dominus Deus tuus dederit tibi in possessionem.

~~¶ Quod si verum est quod obiicit, & non est in puella inventa virginitas: eijcient eam extra fores domus patris sui, & lapidibus obruent viri civitatis illius, & morietur: quoniam fecit nephas in Israel, vt fornicaretur in domo patris sui: & auferes malum de medio tui. Si dormierit vir cum vxore alterius, vterque morietur, id est adulter & adultera: & auferes malum de Israel. Si puellam virginem desponderit vir, & inuenerit eam aliquis in ciuitate, & concubuerit cum ea: educes vtrūq; ad portam ciuitatis illius, & lapidibus obruentur: puella, quia non clamauit cum esset in ciuitate: vir, quia humiliuit vxorem proximi sui, & auferes malum de medio tui. Si autem in agro repererit vir puellam, quæ desponsata est, & apprehensus concubuerit cum ea, ipse morietur solus: puella nihil patietur, nec est rea mortis: quoniam sicut latro confurgit contra fratrem suum, & occidit animam eius: ita & puella perpessa est, sola erat in~~

## CAP. XXII.

*A* Non videbis bouem fratris tui, aut ouem errantem, & præteribis: sed reduces fratri tuo, etiam si non est propinquus frater tuus, nec nosti eum: duces in domum tuam, & erunt apud te quoadiu querat ea frater tuus, & recipiat. Similiter facies de asino, & de vestimento, & de omni re fratris tui quæ perierit: si inueneris eam, ne negligas quasi alienam. Si videris asinum fratris tui aut bouem cecidi se in via, nō despicias, sed subleuabis eum. Nō induetur mulier veste virili, nec vir vtetur veste feminea, abominabilis enim apud Deum est qui facit hæc. Si ambulans per viam, in arbore vel in terra nidum auis inueneris, & matrem pullis vel ouis desuper incubantem: non tenebis eam cum filijs, sed abire patieris, captos tenens filios, vt bene sit tibi, & longo viuas tempore. Cum ædificaueris domum nouam, facies murum tecti per circuitum: ne effundatur san-

guis in domo tua, et sis reus habente alio, & in præcepto uente. Non seres vineam tuam altero semine: ne et sementis quam seuisisti, & quæ nascuntur ex vinea, pariter sanctificetur. Non arabis in boue simul & asino. Non indueris vestimento quod ex lana linoq; contextum est. Funiculos in simbris facies per quatuor angulos pallij tui quo opereris. Si duxerit vir vxorem, & postea odio habuerit eam, quæ fueritq; occasiones quibus dimittat eam, obijciens ei nomē pessimum, & dixerit, Vxorem hanc accepi, & ingressus ad eam non inueni virginem: tollent eam pater & mater eius, & ferent secum signa virginitatis eius ad seniores urbis qui in porta sunt: & dicet pater, Filiam meam dedi huic vxorem: quam quia odit, imponit ei nomen pessimum, vt dicat, Non inueni filiam tuam virginem, & ecce hæc sunt signa virginitatis filix meæ. Expandent vestimentum coram senioribus civitatis: apprehendētq; senes urbis illius virum, & verberabunt illum, condemnantes in super centum solidis argenti, quos dabit patri puellæ, quoniam diffamauit nomen pessimum super virginem Israel: habebitq; eam vxorem, & non poterit dimittere eam omnibus diebus vitæ suæ. Quod si verum est quod obiicit, & non est in puella inventa virginitas: eijcient eam extra fores domus patris sui, & lapidibus obruent viri civitatis illius, & morietur: quoniam fecit nephas in Israel, vt fornicaretur in domo patris sui: & auferes malum de medio tui. Si dormierit vir cum vxore alterius, vterque morietur, id est adulter & adultera: & auferes malum de Israel. Si puellam virginem desponderit vir, & inuenerit eam aliquis in ciuitate, & concubuerit cum ea: educes vtrūq; ad portam ciuitatis illius, & lapidibus obruentur: puella, quia non clamauit cum esset in ciuitate: vir, quia humiliuit vxorem proximi sui, & auferes malum de medio tui. Si autem in agro repererit vir puellam, quæ desponsata est, & apprehensus concubuerit cum ea, ipse morietur solus: puella nihil patietur, nec est rea mortis: quoniam sicut latro confurgit contra fratrem suum, & occidit animam eius: ita & puella perpessa est, sola erat in

re indicare, quid post eum futurum sub sole  
 12 a sic. Melius est nomen bonum, quam vn-  
 uentata pretiosa: & dies mortis die nati-  
 uitatis. Melius est ire ad domum lucis  
 quam ad domum conuiuij. in illa enim  
 hinc cunctorum admonetur hoim, & vi-  
 uens homo cogitat quid futurum sit.  
 Melior est ira risu, quam per tristitia vul-  
 tus, corrigitur animus delinquentis. Cor  
 sapientium vbi tristitia est, & cor stulto  
 rum vbi letitia. Melius est a sapiente  
 corripit, quam stultorum adulatione decipit  
 quia sicut scortus spinarum ardentium sub  
 olla, sic risus stulti, sed & hoc vanitas.  
 Calumnia conturbat sapientem, & perdet  
 B robor cordis illius. Melius est finis ora-  
 tionis quam principium. Melior est patiens  
 arrogans. Ne sis velox ad irascendum:  
 quia ira in sinu stulti requiescit. Ne dicas  
 Quid putas causae est quod priora tempora  
 meliora fuerint quam nunc sunt? stulta enim  
 est huiusmodi interrogatio. Vtilior  
 est sapientia cum diuitijs, & magis pro-  
 deat videntibus Solem. Sicut enim pro-  
 tegit sapientia, sic protegit pecunia, hoc  
 autem plus habet eruditio & sapientia  
 quod vitam tribuit possessori suo. Con-  
 sidera opera Dei, quod nemo possit corri-  
 gere quem ille despexerit. In die bona  
 fructe bonis, & malam diem precaue,  
 sicut enim hanc, sic & illam fecit Deus,  
 vt non inueniat homo contra eum iustas  
 C querimonias. Haec quoque vidi in diebus  
 vanitatis meae: Iustus perit in iustitia  
 sua, & impius multo viuit tempore in ma-  
 litiis suis. Noli esse iustus multum: neque  
 plus sapias, quam necesse est, ne obstu-  
 pescas. Ne impie agas multum: & noli  
 esse stultus, ne moriaris in tempore notuo. Bo-  
 num est te sustentare iustum, sed & ab  
 illo ne subtrahas manum tuam: quia qui ti-  
 met Deum, nihil negligit. Sapientia con-  
 fortavit sapientem, super decem princi-  
 pes ciuitatis. || Non est enim homo ius-  
 tus in terra, qui faciat, bonum, & non  
 peccat. Sed & cunctis sermonibus qui  
 dicuntur, ne accommodes cor tuum: ne  
 forte audias seruum maledicentem tibi,  
 scit enim conscientia tua, quia & tu cre-  
 bro maledixisti alijs. Cuncta tentauit in  
 D sapientia. Dixi, Sapienter efficiar: & ipsa  
 longius recessit a me, multo magis quam  
 erat: & alta profunditas, quis inueniet

eam: Lustravi vniuersa animo meo, vt  
 scirem & considerarem, & quaererem  
 sapientiam & rationem, & vt cognosce-  
 rem impietatem stulti, & errorem impru-  
 dentium: & inueni amariorum morte mu-  
 lierem, quae laqueus venatorum est, & sa-  
 gena cor eius, vincula sunt manus illius,  
 qui placet Deo, effugiet illam: qui autem  
 peccator est, capietur ab illa. Ecce hoc  
 inueni, dixit Ecclesiastes, vnum & alte-  
 rum vt inuenirem rationem, quam adhuc  
 quaerit anima mea, & non inueni. Vi-  
 rum de mille vnum reperi: mulierem ex  
 omnibus non inueni. Solummodo hoc  
 inueni, quod fecerit Deus hominem res-  
 cium: & ipse se infinitis miscuerit que-  
 stionibus.

¶ Impij saepe diu viuunt in  
 malum suum.

### C A P. VIII.

Vis talis vt sapiens est? & quis

Q uis talis vt sapiens est? & quis  
 cognoscit solutio vniuersa,  
 pro-17 d  
 & potentissimus faciem illius, comuta-  
 bit. || Ego os regis obseruo, & praecpta  
 iuramenti Dei. Ne festines recedere a fa-  
 cie eius, neque permanes in opere malo:  
 quia omne quod voluerit faciet, & ser-  
 mo illius potestate plenus est: nec dicere  
 ei quisquam potest. Quare ita facis? Qui cu-  
 stodit praecptum, non experietur quies-  
 quam mali. Tempus & responsonem cor  
 sapientis intelligit. Omni negotio tempus  
 est, & opportunitas, & multa hominis  
 afflictio: quia ignorat praeterita, & futu-  
 ra nullo scire potest nuntio. Non est in  
 B hominis potestate prohibere spiritum, nec  
 habet potestatem in die mortis, nec fini-  
 tur quiescere in gruente bello, neque salua-  
 bit impietas impium. Omnia haec confy-  
 derari, & dedi cor meum in cunctis ope-  
 ribus quae sunt sub sole. Interdum domi-  
 natur homo homini in malum suum. Vi-  
 di impios sepultos: qui etiam cum adhuc  
 viuerent, in loco sancto erant, & lauda-  
 bantur in ciuitate quasi iustorum operum  
 sed & hoc vanitas est. Et enim quia non  
 profertur cito contra malos sententia,  
 absque timore villo filij hominum perpe-  
 trant mala. Attamen peccator ex eo quod  
 C stentatur, ego cognoui quod erit bonum  
 timoribus Deum qui verentur faciem eius,

Regenda  
 est illud

1. reg. 8 e  
 2. ps. 6. 2  
 ps. 20 b  
 1. lo. 1. d

D

# Prophet.

**G** surget à finibus terre. Sagittā & scutū arripet: crudelis est, & nō miserebitur. vox eius quasi mare sonabit: & super reliquos ascendent, preparati quasi vir ad prēliū, aduer sum te filia Sion. Audiuim⁹ famā eius, dissolutæ sunt manus nostræ: tribulatio apprehendit nos, dolores vt parturientem. Nolite exire ad agros, & in via ne ambuletis: quoniā gladi⁹ inimici pauor in circuitu. Filia populi mei ac-

**H** cingere cilicio, & cōspargere cinere: luctum vnigeniti fac tibi planctū amarum, quia repēte veniet vastator super vos, Probatorē dedi te in populo meo robustum: & scies, & probabis vias eorū. Omnes isti principes declinantī, ambulantes fraudulenter: aes & ferrū: vniuersi corrupti sunt. Defecit sufflatoriū, in igne consumptū est plumbū, frustra conflauit cōflator: malitiæ enim eorum non sunt consumptæ. Argentū reprobū vocate eos: quia Dñs proiecit illos.

~~¶ In hoc loco dicitur de populo  
reprobato & de reprobis  
complectitur inueniente.~~

## C A P. VII.

**A** Verbū quod factū est ad Ieremiā à Dño, dicēs, Sta in porta domus dñi, & prædica ibi verbū istud & dic, Audite verbū Dñi omnis Iuda, qui ingredimini per portas has vt adoretis Dñm. Hæc dicit Dñs exercitū Deus Israel, ¶ Bonas facite vias vestras, & studia vestra: & habitabo vobiscū in loco isto. Nolite cōfidere in verbis mendaciij, dicentes, Templū Dñi, templū dñi, templum dñi est. Quoniā si benedixeritis vias vestras & studia vestra, si feceritis iudiciū inter virū & proximū eius, aduenx & pupillo & viduæ non feceritis calumniā, nec sanguinē innocentē effuderitis in loco hoc, & post deos alienos non ambulaueritis in malum vobismetipsis, habitabo vobiscum in loco isto, in terra quam dedi patribus vestris à seculo & vsq; in sæculū. Ecce vos cōfiditis vobis in sermonibus mendaciij, qui nō proderunt vobis: furari, occidere, adulterari, iurare mendaciter, libare Baalim, & ire post deos alienos quos ignoratis. Et venistis, & stetitis corā me in domo hac, in qua inuocatū est nomen meū & dixistis, Locus iste sanctus, eo quod fecerimus

omnes abominationes istas, ¶ Ergo spe Nunc lūca latronū facta est domus ista, in qua inuocatū est nomē meū in oculis vestris. Mar. 11 c ego ego sum: ego vidi, dicit Dñs. Ite ad Lu. 19 B locum meū in Silo, vbi habitauit nomen C meum à principio: & videte quæ fecerim ei propter malitiā populi mei Israel. Et nunc quia fecistis omnia opera hæc, dicit Dñs, & locutus sum ad vos mane consurgens, & loquens, & non audistis: ¶ & vocaui vos, & nō respōdistis: ¶ Faciam domui huic in qua inuocatū est nomen meum, & in qua vos habetis fiduciam: & loco quem dedi vobis, & patribus vestris, ¶ sicut feci Silo. Et proiciā vos à facie mea, sicut proieci omnes fratres vestros vniuersum semen Ephraim. Tu ego noli orare pro populo hoc, nec affumas pro eis laudē & orationē, & non obstitas mihi: quia nō exaudiā te. Nōne vides quid isti faciunt ciuitatibus Iuda, et in plateis Ierusalē? Filij colligūt ligna & pates succendūt ignem, & mulieres conspergūt adipē, vt faciāt placēt as reginæ cæli, & libēt dijs alienis, & me ad iracundiā prouocēt. ¶ Nōquid me ad iracundiā prouocāt, dicit Dñs: nōne semet ipsos in confusione vultus sui? Ideo hæc dicit dñs Deus, Ecce furor meus, & indignatio mea conflatur super locū istū, super vos & super iumenta & super lignum regionis, & super fruges terræ, & succēdetur, & nō extinguet. Hæc dicit Dñs exercituum Deus Israel Holocaustomata vestra addite victimis vestris & comedite carnes: Quia non sum locutus cū patribus vestris, & nō præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Aegypti, de verbo holocaustomatū & victimarum. Sed hoc verbū præcepi eis, dicēs, Audite vocē meā, & ero vobis Deus, & vos eritis mihi popul⁹: & ambulate in omni via quam mandaui vobis, vt bene sit vobis. & nō audierūt, nec inclinauerūt aurē suā: sed abierūt in voluptatibus & in prauitate cordis sui mali, factiq; sunt retrorsum & non in ante, à die qua egressi sunt patres eorum de terra Aegypti, vsque ad diem hanc. Et misi ad eos omnes seruos meos prophetas per diē, consurgens diluculo, & mittens. ¶ Et non audierunt me, nec inclinauerunt aurē suā: sed indurauerūt cernicem suam & petus

Infr 26 d

bene direxeritis

probat c  
efraim. 65

1. 17. 4 b  
Infr. 14 b

Infr. 44 b

B

proclat

proclat

& petus

*Par. 52*  
*reducunt*  
*Gala. 3 b*  
 se primogenitus, volueritque substan-  
 tiam inter filios suos diuidere: nō poterit  
 filium dilectæ facere primogenitum, &  
 præferre filio odiose, sed filium odiose  
 agnoscat primogenitum, ¶ dabitq; ei de  
 his quæ habuerit cuncta duplicata, iste est  
 enim principium liberorum eius, & huic  
 dabitur primogenita. Si genuerit homo  
 filium contumacem & proteruum, qui  
 non audierit patris ac matris imperium,  
 & coactus obedire contempserit: apprehen-  
 dent eum, & ducent ad seniores ci-  
 uitatis illius et ad portam iudicij, dicentq;  
 ad eos, Filius noster iste proteruus &  
 contumax est, monita nostra audire con-  
 temnit, comestationibus vacat, & luxu-  
 riz atq; cõuiuijs: lapidibus eum obruet  
 populus ciuitatis, & morietur, vt aufe-  
 ratis malum de medio vestri, & vniuer-  
 sus Israel audiens pertimescat. Quando  
 peccauerit homo quod morte plectendū  
 est, & adiudicatus morti appensus fuerit  
 in patibulo: nō permanebit cadaver eius  
 in ligno, sed in eadē die sepelietur: quia  
 ¶ maledictus à Deo est qui pendet in li-  
 gno, & nequaquam cõtaminabis terram  
 tuam, quam dominus Deus tuus dederit  
 tibi in possessionem.

~~¶ Quædam sunt etiam in hoc libro, quæ  
 non sunt in alijs, &c.~~

## CAP. XXII.

**A** Non videbis bouem fratris tui, aut  
 ouem errantem, & præteribis: sed  
 reduces fratri tuo, etiam si non est  
 propinquus frater tuus, nec nosti eum:  
 duces in domum tuam, & erunt apud te  
 quoadiu querat ea frater tuus, & reci-  
 piat. Similiter facies de asino, & de ve-  
 stimento, & de omni re fratris tui quæ  
 perierit: si inueneris eam, ne negligas quasi  
 alienam. Si videris asinum fratris tui aut  
 bouem cecidisse in via, nō despicias, sed  
 subleuabis eum. Nō induetur mulier  
 veste virili, nec vir vtetur veste femi-  
 nea, abominabilis enim apud Deum est  
 qui facit hæc. Si ambulans per viam, in  
 arbore vel in terra nidum auis inueneris,  
 & matrem pullis vel ouis de super incu-  
 bantem: non tenebis eam cum filijs, sed  
 abire patieris, captos tenens filios, vt be-  
 ne sit tibi, & longo viuis tempore. Cum  
 edificaueris domum nouam, facies mu-  
 rum tecti per circuitum: ne effundatur san-

guis in domo tua, et sis reus labente alio,  
 & in præcepto uente. Non seres vineam  
 tuam altero semine: ne et sementis quam  
 seuisi, & quæ nascuntur ex vinea, pari-  
 ter sanctificentur. Non arabis in boue si-  
 mul & asino. Non indueris vestimento  
 quod ex lana linoq; contextum est. Fur-  
 niculos in simbrijs facies per quatuor  
 angulos pallij tui quo operiris. Si duxerit  
 vir uxorem, & postea odio habuerit  
 eam, quæsieritq; occasiones quibus di-  
 mittat eam, obijciens ei nomē pessimum,  
 & dixerit, Uxorem hanc accepi, & in-  
 gressus ad eam non inueni virginem: tol-  
 lent eam pater & mater eius, & ferent  
 secum signa virginitatis eius ad seniores  
 urbis qui in porta sunt: & dicet pater,  
 Filiam meam dedi huic uxorem: quam  
 quia odit, imponit ei nomen pessimum,  
 vt dicat, Non inueni filiam tuam virgi-  
 nem, & ecce hæc sunt signa virginitatis  
 filie meæ. Expandent vestimentum co-  
 ram senioribus ciuitatis: apprehendētq;  
 senes urbis illius virum, & verberabunt  
 illum, condemnantes insuper centum sic-  
 clis argenti, quos dabit patri puellæ, quo-  
 niam diffamauit nomen pessimum super  
 virginem Israel: habebitq; eam uxorem,  
 & non poterit dimittere eam omnibus die-  
 bus vitæ suæ. Quod si verum est quod  
 obijcit, & non est in puella inuenta vir-  
 ginitas: eijcient eam extra fores domus  
 patris sui, & lapidibus obruent viri ci-  
 uitatis illius, & morietur: quoniam fecit  
 nephas in Israel, vt fornicaretur in do-  
 mo patris sui: & auferes malum de me-  
 dio tui. Si dormierit vir cum uxore alte-  
 rius, vterque morietur, id est adulter &  
 adultera: & auferes malum de Israel. Si  
 puellam virginem desponderit vir, & in-  
 uenerit eam aliquis in ciuitate, & con-  
 cubuerit cum ea: duces vtrūq; ad por-  
 tam ciuitatis illius, & lapidibus obruen-  
 tur: puella, quia non clamauit cum esset  
 in ciuitate: vir, quia humiliauit uxorem  
 proximi sui, & auferes malum de medio  
 tui. Si autem in agro repererit vir puellam,  
 quæ desponsata est, & apprehen-  
 dens concubuerit cum ea, ipse morietur  
 solus: puella nihil patietur, nec est rea  
 mortis: quoniam sicut latro confurgit  
 contra fratrem suum, & occidit animam  
 eius: ita & puella perpessa est, sola erat in

rit indicare, quid post eū futurū sub sole  
sit. Melius est nomen bonum, quā vn-  
guenta pretiosa: & dies mortis die nati-  
uitatis. Melius est ire ad domum iustus  
quam ad domum conuiuii. in illa enim  
iustis cunctonum admonetur hoīm, & vi-  
uens homo cogitat quid futurum sit.

Melior est ira risu: quia per tristitiā vul-  
tus, corrigitur animus delinquentis. Cor  
sapientium vbi tristitia est, & cor stulto  
rum vbi letitia. Melius est a sapiente  
corripi, quā stultorū adulatione decipi:  
quia sicut sonitus spinarū ardentium sub  
olla, sic risus stulti, sed & hoc vanitas.

Calōnia conturbat sapientē, & perdet  
robur cordis illius. Melius est finis ora-  
tionis quā principium. Melior est patiens  
arrogante. Ne sis velox ad irascendum:  
quia ira in sinu stulti requiescit. Ne dicas

Quid putas causae est quod priora tempora  
meliora fuere quā nunc sunt? stulta enim  
est huiusmodi interrogatio. Vtilior  
est sapientia cum diuitijs, & magis pro-  
dest videntibus Solem. Sicut enim pro-  
tegit sapientia, sic protegit pecunia. hoc  
autem plus habet eruditio & sapientia  
quod vitam tribuūt possessori suo. Con-  
sidera opera Dei, quod nemo possit corri-  
gere quem ille despexerit. In die bona  
fruere bonis, & malam diem praecave,  
sicut enim hanc, sic & illam fecit Deus,  
vt non inueniat homo contra eum iustas

querimonias. Hæc quoque vidi in diebus  
vanitatis meae: Iustus perit in iustitia  
sua, & impius multo viuuit tēpore in ma-  
litia sua. Noli esse iustus multum: neque  
plus sapias, quam necesse est, ne obstu-  
pescas. Ne impie agas multum: & noli  
esse stultus, ne moriaris in tpe nō tuo. Bo-  
num est te sustentare iustum, sed & ab

illo ne subtrahas manū tuam: quia qui ti-  
met Deum, nihil negligit. Sapientia con-  
fortauit sapientem, super decem princi-  
pes ciuitatis. Non est enim homo ius-  
tus in terra, qui faciat, bonum, & non  
peccet. Sed & cunctis sermonibus qui  
dicuntur, ne accommodes cor tuum: ne  
forte audias seruum maledicentem tibi,  
scit enim conscientia tua, quia & tu cre-  
bro maledixisti alijs. Cuncta tentant in

sapientia. Dixi, Sapienter efficiat: & ipsa  
longius recessit a me, multo magis quā  
erat: & alta profunditas, quis inueniet

eam? Lustrari vniversa animo meo, vt  
scirem & considerarem, & quærerem  
sapientiam & rationem, & vt cognosce-  
rem impietatem stulti, & errorē impru-  
dētium: & inueni amariorē morte mū-  
licrem, quæ laqueus venatorum est, & sa-  
gena cor eius, vincula sunt manus illius,  
qui placet Deo, effugiet illam: qui autē  
peccator est, capietur ab illa. Ecce hoo  
inueni, dicit Ecclesiastes, vnum & alte-  
rum vt inuenirem rationē, quam adhuc  
querit anima mea, & non inueni. Vis-  
rum de mille vnum reperi mulierem ex  
omnibus non inueni. Solummodo hoc  
inueni, quod fecerit Deus hominem res-  
citurum: & ipse se infinitis miscuerit quæ-  
stionibus.

Impij sepe diu viuunt in  
malum suum.

## C A P. VIII.

Vis talis vt sapiens est? & quis  
sapiens est? & quis  
potentissimus faciem illius, cōmūta-  
bit. Ego os regis obseruo, & præcepta  
iuramenti Dei. Ne festines recedere a fa-  
cie eius, neque permaneat in opere malo:  
quia omne quod voluerit faciet, & ser-  
mo illius potestate plenus est: nec dicere  
ei quisquam potest. Quare ita facis? Qui cu-  
studit præceptum, non experietur quies-  
quam mali. Tempus & responsonē cor  
sapientis intelligit. Omni negotio tēpus  
est, & opportunitas, & multa hominis  
afflictio: quia ignorat præterita, & futu-  
ra nullo scire potest nuntio. Non est in  
hominis potestate prohibere spiritū, nec  
habet potestatem in die mortis, nec finit-  
ur quiescere in gruente bello, neque salua-  
bit impietas impiū. Omnia hæc confy-  
derari, & dedi cor meum in cunctis ope-  
ribus quæ fiunt sub sole. Interdū domi-  
natur homo homini in malum suum. Vi-  
di impios sepultos: qui etiam cū adhuc  
viuerent, in loco sancto erant, & lauda-  
bantur in ciuitate quasi iustorum operū:  
sed & hoc vanitas est. Et enim qui non  
profertur cite contra malos sententia,  
absque timore vllō filij hominum perpe-  
trant mala. At tamen peccator ex eo quod  
sustentatur, ego cognoui quod erit bonum  
timētibus Deum qui verent faciem eius,

legendū  
est istum

reg. 8 e  
pa. 6, g  
pu. 20 b  
lo. 1. d

D

**G** surget à finibus terre. Sagittā & scutū arripiet: crudelis est, & nō miserebitur. vox eius quasi mare sonabit: & super reliquos ascendit, preparati quasi vir ad prēliū, aduersum te filia Sion. Audiuim⁹ samā eius, dissolutæ sunt manus nostræ: tribulatio apprehendit nos, dolores vt parturientem. Nolite exire ad agros, & in via ne ambuletis: quoniā gladi⁹ inimici pavor in circuitu. Filia populi mei accingere cilicio, & cōspargere cinere: lutum vni geniti fac tibi planctū amarum, quia repēte veniet vastator super vos, Probatorē dedi te in populo meo robustum: & scies, & probabis vias eorū. Omnes isti principes declinantī, ambulantes fraudulenter: \*aes & ferrū: vniuersi corrupti sunt. Defecit sufflatoriū, in igne consumptū est plumbū, frustra conflauit cōflator: malitiæ enim eorum non sunt consumptæ. Argentū reprobū vocate eos: quia Dñs proiecit illos.

~~¶ In hoc capitulo dicitur de populo  
Iherosolymitano qui non  
crediderunt in domino.~~

C A P. VII.

**A** Verbū quod factū est ad Ieremiā à Dño, dicēs, Sta in porta domus dñi, & prædica ibi verbū istud & dic, Audite verbū Dñi omnis Iuda, qui ingredimini per portas has vt adoretis Dñm. Hæc dicit Dñs exercitū Deus Israel, ¶ Bonas facite vias vestras, & studia vestra: & habitabo vobiscū in loco isto. Nolite cōfidere in verbis mendacijs, dicentes, Templū Dñi, templū dñi, templum dñi est. Quoniā si benedixeritis vias vestras & studia vestra, si feceritis iudiciū inter virū & proximū eius, aduenæ & pupillo & viduæ non feceritis calumniā, nec sanguinē innocentē effuderitis in loco hoc, & post deos alienos non ambulaueritis in malum vobismetipsis, habitabo vobiscum in loco isto, in terra quam dedi patribus vestris à seculo & vsq; in sæculū. Ecce vos cōfiditis vobis in sermonibus mendacijs, qui nō proderunt vobis: furari, occidere, adulterari, iurare mendaciter, libare Baalim, & ire post deos alienos quos ignoratis. Et venistis, & stetitis corā me in domo hac, in qua inuocatū est nomen meū & dixistis, Locutus sumus, eo quod fecerimus

omnes abominationes istas, ¶ Ergo spe Nōm lūca latronū facta est domus ista, in qua inuocatū est nomē meū in oculis vestris? ¶ Ego ego sum: ego vidi, dicit Dñs. ¶ Te ad locum meū in Silo, vbi habitauit nomen meum à principio: & videte quæ fecerim ei propter malitiā populi mei Irael. Et nunc quia fecistis omnia opera hæc, dicit Dñs, & locutus sum ad vos mane confurgens, & loquens, & non audistis: ¶ & vocaui vos, & nō respōdistis: ¶ Faciam domui huic in qua inuocatū est nomen meum, & in qua vos habetis fiduciam: & loco quem dedi vobis, & patribus vestris, ¶ sicut feci Silo. Et projiciā vos à facie mea, sicut proieci omnes fratres vestros vniuersum semen Ephraim. Tu ego noli orare pro populo hoc, nec assumes pro eis laudē & orationē, & non obsistas mihi: quia nō exaudiā te. Nōne vides quid isti faciunt ciuitatibus Iuda, et in plateis Ierusalē? Filij colligūt ligna & patres succendūt ignem, & mulieres conspergūt adipē, vt faciāt placētus reginæ cæli, & libēt dijs alienis, & me ad iracundiā prouocēt. ¶ Nōquid me ad iracundiā prouocāt, dicit Dñs? nōne semet ipsos in confusione vultus sui? Ideo hæc dicit dñs Deus, Ecce furor meus, & indignatio mea conflatur super locū istū, super vos & super iumenta & super lignum regionis, & super fruges terre, & succēdetur, & nō extinguet. Hæc dicit Dñs exercituum Deus Israel Holocaustomata vestra addite victimis vestris & comedite carnes: Quia non sum locutus cū patribus vestris, & nō præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Aegypti, de verbo holocaustomatū & victimarum. Sed hoc verbū præcepi eis, dicēs, Audite vocē meā, & ero vobis Deus, & vos eritis mihi popul⁹: & ambulate in omni via quam mandaui vobis, vt bene sit vobis. & nō audierūt, nec inclinauerūt aurē suā: sed abierūt in voluptatibus & in prauitate cordis sui mali, factiq; sunt retrorsum & non in ante, à die qua egresati sunt patres eorum de terra Aegypti, vsque ad diem hanc. Et misi ad eos omnes seruos meos prophetas per diē, confurgens diluculo, & mittens. ¶ Et non audierunt me, nec inclinauerunt aurē suā: sed indurauerūt ceruicem suam: & petus

H  
nos  
viam  
declinā  
tes,  
\*vt

Infr 26 d  
bene di  
reueritis

prou-  
clau-  
bc  
r. r. 4  
infr. 14  
44

reuer-  
bu

reuer-  
infr. 14  
& petus

# Euangelium

vobis. Non facies furtum. Non falsum testimonium dices. Honora patrem tuum & matrem tuam. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Dicit illi adolescens, Omnia hæc custodivi à iuuetute mea: quid adhuc mihi deest? Ait illi Iesus, Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo: & veni, sequere me. Cùm audisset autem adolescens verbum, abiit tristis: erat enim habens multas possessiones. Iesus autem dixit discipulis suis, Amen dico vobis, quia diues difficile intrabit in regnum cælorum. Et iterum dico vobis, facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum cælorum. Auditis autem his, discipuli mirabantur valde, dicentes, Quis ergo poterit saluus esse? Aspiciens autem Iesus, dixit illis, Apud homines hoc impossibile est, apud Deum autem omnia possibilia sunt. Tunc respondens Petrus dixit ei, Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit illis, Amen dico vobis quod vos qui secuti estis me, in regeneratione cùm sederit Filius hominis in sede maiestatis sue, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum: centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Multi autem erunt primi, novissimi: & novissimi, primi,

mar. 10 d  
Luc. 13 f  
19 e

~~\_\_\_\_\_~~

~~\_\_\_\_\_~~

~~\_\_\_\_\_~~

## C A P. XX.

Simile est regnum cælorum homini patrifamilias qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. Conuentione autem facta cum operariis ex denario diurno, misit eos in vineam suam. Et egressus circa horam tertiam, vidit alios stantes in foro otiosos, & dixit illis, Ite & vos in vineam meam: & quod iustum fuerit, dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterum autem exiit circa sextam & nonam horam: & fecit simili-

ter. Circa undecimam vero exiit, & inuenit alios stantes, & dicit illis, Quid hic statis tota die otiosi? Dicunt ei, Quia nemo nos conduxit. Dicit illis, Ite & vos in vineam meam. Cum sero autem factum esset, dicit Dominus vineæ procuratori suo, Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens à nouissimis vsque ad primos. Cum venissent ergo qui circa undecimam horam venerant, acceperunt singulos denarios. Venientes autem & primi, arbitrati sunt quod plus essent accepturi: acceperunt autem & ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabant aduersus patrem familias, dicentes, Hæc nouissimi vna hora fecerunt: & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei & æstus? At ille respondens, vni eorum dixit, Amice, non facio tibi iniuriam: nonne ex denario conuenisti mecum? Tolle quod tuum est, & vade: volo autem & huic nouissimo dare sicut & tibi. Aut non licet mihi quod volo, facere? an oculus tuus nequam est quia ego bonus sum? Sic erunt nouissimi primi: & primi nouissimi, multi enim sunt vocati, pauci vero electi. Et ascendens Iesus Ierosolymam, assumpsit duodecim discipulos secrete, & ait illis, Ecce ascendum Ierosolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum & scribis, & condemnabunt eum morte, & tradent eum Gentibus ad illudendum & flagellandum, & crucifigendum, & tertia die resurget. Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei, Quid vis? Ait illi, Dic vt sedent hi duo filij mei, vnus ad dextram tuam, & vnus ad sinistram in regno tuo. Respondens autem Iesus, dixit, Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Dicunt ei, Possumus. Ait illis, Calicem quidem meum bibetis: sedere autem ad dextram meam vel sinistram, non est meum dare vobis: sed quibus paratum est à patre meo. Et audientes decem, indignati sunt de duobus fratribus. Iesus autem vocauit eos ad se: & ait, Scitis quia principes gentium dominantur eorum: & qui maiores sunt, potestatem exercent inter eos. Non ita erit inter vos, sed

B

Sup. 10  
mar. 10  
Luc. 13

mar. 10  
Luc. 18  
G

mar. 10

mar. 10  
Luc. 12  
D

in cas

stra sunt siue Paulus, siue Apollus, siue Cephass, siue mundus, siue vita, siue mors, siue presentia, siue futura. omnia enim vestra sunt: vos autem Christi, Christus autem Dei.

## CAP. III.

**A** Scio nos aestimet homo ut ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei. Hic iam queritur inter dispensatores: ut fidelis quis inueniatur. Mihi autem pro minimo est ut a vobis iudicer, aut ab humano die, sed neque me ipsum iudico. Nihil enim mihi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum, qui autem iudicat me, Dominus est. Itaque nolite ante tempus iudicare: quoad usque veniat Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit unicuique a Deo. Hæc autem fratres transfiguravit in me & Apollus, propter vos: ut in vobis discatis, ne supra quam scriptum est, unus aduersus alterum inflatur pro alio. Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non accepisti? Iam saturati estis, iam diuites facti estis: sine nobis regnatis: & utinam regnetis, ut & nos vobiscum regnemus. Puto enim quod Deus nos Apostolos nouissimos ostendit, tanquam morti destinatos: quia spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus. Nos stulti propter Christum: vos autem prudentes in Christo, nos infirmi: vos autem fortes, vos nobiles: nos autem ignobiles. Usque in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cedimur, & instabiles sumus, & laboramus operantes manibus nostris. maledicimur: & benedicimus, persecutionem patimur: & sustinemus, blasphemamur, & obsecramus, tanquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsama usque ad huc. Non ut confundam vos, hæc scribo: sed ut filios meos charissimos moneo. Nam si decem millia pædagogorum habeamus in Christo: sed non multos patres. Non enim in Christo Iesu, per Euangelium ego vos genui. Rogo ergo vos imitatores mei estote, sicut et ego Christi, ideo

missi ad vos Timotheum, qui est filius meus charissimus, & fidelis in domino: qui vos commonefaciet vias meas quæ sunt in Christo Iesu, sicut ubique in omni ecclesia doceo. Tanquam non venturus sim ad vos, sic inflati sunt quidam. Verumtamen autem ad vos cito, si Dominus voluerit: & cognoscam non sermonem eorum qui inflati sunt, sed virtutem. Non enim in sermone est regnum Dei: sed in virtute. Quid vultis in virga veni ad vos: an in charitate, & spiritu mansuetudinis?

¶ Fornicarius excommunicatur.

## CAP. V.

**O**mnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter Gentes, ita ut uxorem patris sui aliquis habeat. Et vos inflati estis: & non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit. ¶ Ego quidem absens corpore, præsens colos. 22 autem spiritu, iam iudicavi ut præsens, cum qui sic operatus est, in nomine Domini nostri Iesu Christi, congregatis vobis & meo spiritu, cum virtute Domini nostri Iesu, tradere huiusmodi hominem Satanæ in interitum carnis, ut Spiritus saluus sit in die Domini nostri Iesu Christi. Non est bona gloriatio vestra. ¶ Nescitis quia modicum fermentum, totam massam corrumpit? Expurgate vetus fermentum, ut sitis noua conspersio, sicut estis azymi. Et tamen Pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque epulemur: non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitie, sed in azymis sinceritatis & veritatis. Scripsi vobis in epistola, Ne commisceamini fornicarijs, non utique fornicarijs huius mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis seruientibus: alioquin debueratis de hoc mundo exisse. Nunc autem scripsi vobis non commisceri, si is qui frater nominatur inter vos, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruens, aut maledictus, aut ebriosus, aut rapax: cum eiusmodi nec cibum sumere. Quid enim mihi de ijs qui foris sunt iudicare? Nonne de de ijs qui intus sunt vos iudicatis? nam eos qui foris sunt, Deus iudicabit. Auferite malum ex vobis ipsis.

